



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 8. Quid de aliis Indulgentiis in formâ Jubilæi concessis, seu plenariis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

tr. 9. disp. 2. n. 340. quòd, cum sententia de obtinendo bis Jubilæo sit certò & solidè probabilis, atque ad absolutionem tum à censuris, tum à peccatis sufficiat sententia certò & solidè probabilis, ( ut etiam ipse docuit tr. 8. disp. 10. dub. 8. & nos P. I. Sect. 1. q. 9. R. 2. ) valitura sit absolutio.

Q. 8. Quid de aliis Indulgentiis in forma Jubilæi concessis, seu plenariis?

R. Eadem pro illis, quæ pro Jubilæo, militat ratio; adeoque videntur posse etiam bis seu sæpiùs obtineri, bis aut sæpiùs repetitis operibus injunctis. Gobat n. 95. & 134.

Excipe, nisi Pontifex addat limitationem; prout addidit in illâ, quam sub finem anni 1646. dedit Societati JESU, dicens posse tantùm semel obtineri. Similiter in Indulgentiâ plenariâ, quæ in templis ejusdem Societatis viget triduo Antecineralium, addiderunt Innocentius X. ejusque Successores, non nisi semel posse ab ullo obtineri.

Et

Et Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, Decreto edito 7. Martii 1678. probante Summo Pontifice, sancivit, semel duntaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, aut aliud pium opus peragentibus, lucriferi.

Q. 9. An lucratus Indulgentiam Jubilei primâ hebdomadâ, possit (suppositâ opinione, quòd possit bis obtineri repetendo opera præscripta) secundâ lucrari pro Defunctis, seu, iis applicare?

R. Negativè. Nulla enim Indulgentia potest (saltem auctoritate æquè efficaci ac Pontificiâ) applicari Defunctis, nisi Author illius faciat expressè potestatem applicandi. S. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3. *questiunt.*  
2. Pontifex autem nullam facit potestatem Indulgentiam istam applicandi Defunctis. Navarrus, *De Jubil.* Notab. 22. n. 1. Gobat, *De Jubil.* n. 331. & *De Indulgentiis* n. 266.

Petes, cur addiderim parenthesi,  
saltem